Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Et adiecit. Ego exprobaui agminibus isr
hodie. Date mihi virum ut ineat mecum singlare
certamen. Audiens autem saul et omnis uir
israelitis sermones philisthei stupebant et
metuebant nimis. Dauid autem erat filius
effrathei de bethleem iuda. cui nomen ysai.
qui habebat octo filios. et erat vir in di
ebus illis senex et grandeuus inter viros.
Abierunt autem tres filii eius Sabbato
maiores post saul in pliium. Et no
mina trium filiorum eius qui preierunt ad
bellum. helyab primogenitus. et secundus aminn
adab. tertius quoque seima. Dauid uero erat mi
nimus. Tribus ergo maioribus sequentibus
saulem. abiit dauid et reuersus est a saule
ut pasceret gregem patris sui in bethleem.
Procedebat uero philisteus mane et uespe
re. et stabat. xl. diebus. Dixit autem ysai
ad dauid filium suum. Accipe fratribus tuis
ephy polenta. et. x. panes et curre in castra
ad fratres tuos. et. xx. formellas caseo
rum deferes ad tribunum. et fratres tuos vi
sitabis si recte agant et cum quibus ordinati